

Wf
1725

III, 16.

216.

III, 16.



DE SVMMIS
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE.
IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM.
MERITIS
PROGRAMMA VII.

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE
IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS.
HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE
DYNASTAE. RAVENSTEINI. ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI
LONGE. CLEMENTISSIMI
PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

D. VII. KAL. MAII. 1765
FAVSTISSIMO. SIDERE. REVERSO

NATALI. AVSPICATISSIMO
DICATVM

PERILLVSTRES. EXCELLEN^{TO}TISSIMI. GENEROSISSIMI
AMPLISSIMI

AVLAE. ATQVE. VRBIS. HVIVS. PROCERES
MAECENATES. MAXIMI

CVRTORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
RELIQVI. OMNES. REL. LITTERARIAE. FAVTORES
O. O. HONORATISSIMI

VT. CRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. IV
IN. MAIORI. ILL. FRIDERICIANI. AVDITORIO

LECTISSIMOS. ATQVE. ORNATISSIMOS. IVVENES
SELECTI. ORDINIS. CIVIS

PUBLICAE
IN. DEVM. ET. PRINCIPEM

PIETATIS. INTERPRETES
SOLENNI. IPSIS. GRATIA. AC. BENEVOLENTIA

AVDIRE. VELINT
SVBMISSE. AC. DECENTER. INVITANTVR

A
M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO
ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
LAT. IENENS. SOCIET. COLL. HONORAR.

ALTENBVRGI
LITTERIS. PAVL. EMANVELIS. RICHTERI



anica admodum atque imperfecta futura esset summorum SERE
NISSIMAE GENTIS ERNESTINAE in rem nostram
scholasticam meritorum commemoratio, si, omiſſis aliis, sola illa
beneficia, quibus inopiae magistorum, aucta mercede annua,
succurrerunt PRINCIPES MUNIFICENTISSIMI ad-
legare vellem: Latius patet meritorum nomen, pluraque ac
maiora complectitur. Parum fuisset, locum scholae assignasse,
praeceptores illi admouisse, ampliora in his musarum castris mili-
tantibus stipendia constituisse, nisi etiam, vt recte atque ordine omnia gererentur, pro-
spectum esset. Venio igitur nunc ad eos, qui rei literariae Curatores, bene coeptum opus
feliciter vt procederet, doctrinae ac disciplinae attendentes pro muneri ratione aduigila-
uerunt, et, cum inde iam a Caroli Magni tempore Episcopis scholarum cura praeepta
fuerit (a) Praefules scholae Inspectores commemoro. SPALATINI antea iam mentio-
nem feci. (b) Excepit hunc M. AVGVSTINVS HIMMELIVS, ex Archiepisco-
pato Coloniensi oriundus, de Ordinis Augustiniani apud Erfurtenſes monacho Lutherano,
inde veritatis evangelicae apud Colditiensē doctōr, tandemque ab anno c1010XLV. sacro-
rum in nostra hac vrbe Antistes ad annum vsque c1010LIII. quo ipſo, XII Kal. Octobr. die,
placide exspirauit, de quo plura Müllerus (c) exhibet. Hunc secutus est, teste scheda illa,
quae *Pallores et Superintendentes* inscribitur, eodem, qui Himmelio emortualis fuerat,
anno, ALEXIVS BRESNICERVS, Corbuzianus, Vandalus. In scheda iam allegata
haec leguntur: *Remotus Oertingam abiit in persecutione Synergistica d. X. Iulii c1010LXII.*
Ienam quippe hoc anno a Ducalibus ministris citatus, cum Strigelii sententiae album adie-
cere noluisse calculum, ex eo tempore vsque ad Michaelis diem muneris sui gerendi pro-
testate ac fructu carere et postea d. XIII. Kal. Nouembr. cum aliis septem et viginti pas-
toribus solum vertere iussus fuit. Successor ei datus, sed vicarius modo, vt est scriptum
in scheda, ANDREAS MISENVS, quem inter scholae Rectores iam posui (d), dimissus
est anno c1010LXVIII, forte, quia inter Strigelii sectatores habitus, orta rerum conuersioe
corruptae doctrinae christianae nomine suspectus fuit, quod inde colligo, quia partim dolo-
sam Strigelii declarationem eodem anno, quo Praefulis vicem suscepit, imprudenter ad-
probauerat tanquam conformem libris Symbolicis ac confessionibus tum Saxonis, tum
Würtenbergis (e), partim, quia supra iam dictus Alexius Bresnicerus, anno c1010LXVIII
reuocatus, publice in conuentione sacra dixisse scribitur: *Die Altenburger bätten Gottes Wort
in sechß Jahren nicht rein gehabt.* Iterum igitur inter Praefules, qui rei sacrae et scholasticae
apud nos curam gesserunt, nominandus venit ALEXIVS BRESNICERVS; sed haec
etiam dignitas illi non fuit diuturna, qua de re in charta, ad quam saepius iam prouocauit,
haec scripta sunt: *Iterum amotus propter Manichaeismum A. C. c1010LXXIII. d. XXIII. Febr.*
Non possum, quin hisce ea, quae aliena manu huic relationi in hanc sententiam adscripta
sunt, adiungam: *Dieser Manichaeismus, wem es nicht ein error scribae ist, vnd Majorismus
beissen soll, muß hierumb gar gemein gewesen seyn, weil ein Pfarr zu Saare auch derwegen
remouret worden, vnd der Syndicus Schoerzabäl auch dergleichen gewesen, dabey er auch sine
lux sine cruce heräget worden:* Sed nullum in his a scriba errore admittit esse, hinc
proclue interlectu est, quia amore generi sui D. Io. Friderici Coelestini, Theologiae in Sa-
lana Professoris exulis, abreptus, (f) Flacianorum de peccato originis errorem et publice
et priuatim pertinaciter propugnans, in acerbam cum collegis suis controuersiam incidit
Bresnicerus, hanc ipsam ob causam denuo emigrare iussus, Flacii autem error Manichaeismo
maxime fuit adfinitus. Bresnicerum statim secutus est ESAIAS OSWALD Altenbur-
genſis, *Primum Pastor in pago Siechau, sub Dioecesi Rondenburgenſi: Dein de Aunae in
Voitlandia.* Nec iste acceptus patriae fuit propheta. *Functionem enim deserere iussus,
Pensam ad Bohemos se contulit d. XII. Iunii A. C. c1010LXXVIII.* Haec in eadem scheda,
vnde superiora hausi, scripta exstant. Causam discissus nullibi intuenire contigit: Illud
autem a Müllerero (g) iam adnotatum est, subscriptione nominis eum cum collegis suis Con-
cordiae librum anplexum esse. In huius locum felici auspicio successus D. CASPAR
MELISSA ANDER Noribergenſis, gentilitio nomine antea *Benemann* vocatus, immor-
talius rem sacram et scholasticam meritis sibi obligauit. A diuo PRINCIPLE IOANNE
GVILIELMO ob singularem eruditionem morumque integritatem in aulam Vinari-
ensem

(a) Conf. IO. HENR. BOECLERI Comment. de REBUS SAEC. A. CHR. NAT. IX et X. p. 45.
(b) PRGR. III de summis SEREN. GENT. ERNEST. in rem Altenb. scholast. meritis.
(c) M. IO. MÜLLER. in Schedaſſimae de Altenburgenſi Eccl. Praefulibus.
(d) PRGR. II de summis SER. GENT. ERN. in rem Altenb. schol. meritis.
(e) Conf. CHRISTOPH. HENR. LOEBERI Hiſt. Eccleſiaſt. Ephor. Orlanum. p. 56.
(f) Conf. M. IO. MÜLLER. Sched. de Altenb. Eccl. Praeful.
(g) IDEM. l. c.

fem inuitatus maximaeque spei destinato filio FRIDERICO GVILIELMO praeceptor
 datus, apud Parentes Serenissimos gratiosissimus, apud Discipulum sui amantissimum auto-
 ritate plurimum polluit. Anno 1610LXXLI summis Theologiae honoribus lenae ex
 merito decoratus, rara vsus est felicitate, Ipso Duce IOANNE GVILIELMO cum
 Coniuge Incomparabili Illa DOROTHEA SVSANNA et Principe Filio FRIDE-
 RICÒ GVILIELMO solennitater intereffe non dedignatis. Tristitem vero non ita multo
 post expertus est vicissitudinem, Optimo PRINCIPVM IO. GVILIELMO spe
 eitius humanis erepto rebus, AVGVSTO autem tutelam nacto, disciplinae suae traditum
 relinquere coactus, ex quo tempore Brunsvigae se aliquamdiu tenuit, quod ex litteris patet,
 quibus Religiosissimae Principi DOROTHEAE SVSANNAE iam viduae, suum de
 Confessione Eius iudicium, rogatus, non sine adfensu aperuit, quarum haec est clausula:
*Geseheben zu Braunschweig, Sonntags Misericordias Domini, den 17. April: Als ich auf gleich-
 mässige Glaubens Bekenntnis mich durch die b. Absolution von allen Sünden entbinden, und zu
 Bezeugung dessen mit dem Leib und Blut Ihesu Christi in seinem Hochwürdigem Abendmal of-
 fenlich in christlicher Gemein daselb speisen und trencken hab lassen Anno Domini 1575.*

CASPAR MELISSANDER, S. Theol. Doct.

Quo acerbior autem illa acciderat seiuñcio, hoc laetiori animo, Altenburgum voca-
 tus, gravissimum Praefulis munus suscepit. De industria scripti, aliquamdiu Brunsvigae
 eum commoratum esse, secus enim verendum, ne charta illa, quam praecipue secutus sum,
 contradiceret, in qua haec scripta sunt: D. CASPAR MELISSANDER, *Norber-
 gensis, Serenissimo Duci Saxoniae et Administratori FRIDERICO WILHELMO ab
 Institutionibus, Ratione cum familia Vinariam, & inde Altenburgum venit, de II. Octobr.
 1610LXXVIII.* Natum emolumento rei christianae vere dixeris. Praeterquam enim
 quod summa ope natus est, vt iuuentus doctrinae catecheticae praeceptis, ac hymnorum Da-
 vidicorum oraculorumque diuinorum noticia studiosissime imbueretur, etiam Hebraicae
 linguae elementa, anno 1610LXXX. typis excusa, de schola iuuenes ipse docuit (b), atque
 insuper alijs optinae frugis plenis operibus editis Ecclesiae profuit, in quibus nomina-
 tum adlegari meretur libellus Eucharistiae fruuentium instructio, cuius exem-
 plum per quinquennium sine vllius laesonis indicio sub terra delituisse, et vt restator
 rei esset memoria, in primario Vinariensium templo adseruatum esse scribitur. Nectamen
 obretractatoribus caruit, a quo quodam verbi ministro sede sua pulso Caluinianismi cum in-
 simulare, qui tamen turpis mendacii conuictus, de illius innocentia publico in Curia tes-
 timonio postea confessus est. Tandem cum tredecim annos, vno mense demto, Epha-
 riam summa cum laude gessisset, de III. Id. Septembr. 1610Xcl. hanc vitam cum aeterna
 beatate commutavit, d. xvii. Kal. Octobr. in coemeterio tumulatus. Epitaphium lami-
 nae aeneae incisum in templo Bartholomaeo dedicato positum hoc est:

Ingenio praeflans, nulli pietate secundus
 Ecce Melissander dormit in hoc tumulo.
 Excellens Doctor, CHRISTI qui verba professus,
 Insluit populum dexteritate pia.
 Hic ternas linguas docuit, trachavit et artes
 Laingae, vt norunt docta Lycea fatis.
 Aultriacos celebres docuit cum laude Barones,
 Atque alios multos nobilitate pares.
 Quin et Saxoniae Princeps FRIDERICH WILHELMVS.
 Hunc Praeceptorem fouit amore pio,
 Et didicit verae pietatis femina ab illo
 Quae quoque conferuat pro pietate sua.
 Tandem Altenburgi sparfit pia femina verbi,
 Moribus et vita sancta statuta colens.
 Factus et Inspector Pasorum rite docentum,
 Praefuit Officio sedulitate graui.
 Ore pio et scriptis iunxit te, Ecclesia, sanctus,
 Quae quoque posteritas laudibus vsque vehet.

Publicauit anno 1610ccXII. Rudolstadtii, vir πολυμαθής Io. Henr. Acker, Melif-
 sandri nostri, summi viri, atavi sui, Confessionem de Certamine Flaciano, adlocutionem

(b) Conf. GODOFR. LVDOVICI. Hist. Gymnasior. ac Scholar. celebrior. p. IV. p. 176.

que ad lectorem praefixit, ex qua praecipue verba testamenti a Divo Principe IO. GVI LIELMO conditi iuvat transcribere: Vnd weil uns zu solcher paedagogia vnd christlichen Institution vnsern lieben andächtigen D. Caspar Melanders, vnser aeltesten Sohns ietziger Praeceptor Person für andern gefällig, wir auch an seiner disciplin vnd Institution ein sonder gnaediger Gütigen haben: So wollen, setzen vnd ordnen wir, daß er für allen andern solle bey solcher vnser Bestallung gelassen, geschürtzet, vnd unterhalten, da auch die Iahre seiner Bestallung sich aendern, soll ferner mit ihme vn laengere Dienst gnaediglich gehandelt vnd Vergleichung gemacht werden. Daran vnser Verbessens hemelcher Doctor ein vnterhaengenes Genügen haben, vnd nicht Ursache suchen würde, sich von vnsern lieben Soebnen zu begeben vnd nach andern Diensten zu trachten. Da er aber bey vnsern lieben Soebnen verbarren vnd sie christlich vnd treulich instruiren würde hiß zu ihren mündigen Iahren, inmassen vnser gnaediges Vertrauen zu ihm stebet, so zweiffeln wir nicht, vnser lieben Soebne werden sich alles gnaedigen Willens wiederum gegen ihn zu erzeugen vnd alsdam mit andern guten Diensten zu versorgen wissen, wie wir denn solches Vaeterlich wollen auferleget haben, vnde quanti eius opera aestimata sit, perspicue adparet. Adicerem a Thoma Saggiario Professore Ienensi non ineleganti carmine descripta Melisandri Insignia, nisi verendum esset, ne charta non caperet.

Venio igitur ad illa, quae pietas nobis nunc inprimis agenda praecipit. Illuxit faustissimo fidere SERENISSIMI PRINCIPIS. AC. DOMINI. **DOMINI FRIDERICI. III.** DVVIS. SAXONIAE. IVLIACI. CLI VIAE. MONTIVM. ANGARIAE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRA FIL. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII. AC. TONNAE. PRINCIPIS ET. PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI Natalis exoptatissimus, inter gratulationes publicas et vota deuotissima pro vita et salute religiosissime a nobis celebrandus. Prodituri sunt hunc ad finem CRAS. AVDITA POST. MERIDIEM. HORA. IV. in illustri hoc FRIDERICIANO. *Gymnasio quinq; lectissimi ornatissimiq; iuuenes* selecti ordinis eius iique pietatis nostrae interpretes CAROLVS. FRIDERICVS. REICHARDVS. Altenb. IOANNES. AVGVSTVS. RVDOLPHVS. Altenb. IOANNES. MICHAEL. LOESER Mauersberg. HENRICVS. ABRAHAMVS. LONGOLIVS. Mehnenf. IOANNES. CHRISTIANVS. HERMANNVS. Chemnicenf. publice verba facturi votaque pie nuncupaturi, quos vt PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI. AMPLISSIMI. AVLAE. ATQVE. VRBIS. HVIVS. PROCERES. MAECENATES. MAXIMI. CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI. RELIQVI. OMNES. REL. LITTERARIAE. FAVTORES. DEMISSE. ATQVE. OFFICIOSE. COLENDI. VISITATA gratia ac beneuolentia audiant, submisse decenterque rogo.

CAROLVS. FRIDERICVS. REICHARDVS. probus, modestus atque inprimis musicae artis callens iuuenis SERENISSIMVM quondam SAXONIAE. ELECTOREM IOANNEM. FRIDERICVM. MAGNANIMVM *verum Musagetem* praedicabitis *Orat. Latina.*

IOANNES. AVGVSTVS. RVDOLPHVS. singulari probitate atque industria commendabilis musicaeque artis pariter peritus SERENISSIMI. ELECTORIS. IOANNIS CONSTANTIS *immortalium meritorum memoriam* recolet *Orat. Graeca.*

IOANNES. MICHAEL. LOESER. felici ingenio praeditus eoque in addendis optimarum artium studijs probe ac laudabiliter vsus, ipsius etiam mulices pergnarus SERENISSIMI ELECTORIS. FRIDERICI. SAPIENTIS *raram animi moderationem atque in bonas artes indulgentiam* canet *Carmine Latino.*

IOANNES. CHRISTIANVS. HERMANNVS. virtutis ac sapientiae amantissimus modestaeque studiosissimus non vulgari profectuum documentum datorum SERENISSIMVM tum quidem IUVVENTVTIS. PRINCIPEM. ERNESTVM *a praedonibus raptum singulari autem DEI. O. M. providentia feliciter restitutum* eleganti canet *Carmine Teutonico.*

HENRICVS. ABRAHAMVS. LONGOLIVS. compositae mentis iuuenis & non nisi reclusa & laudibilia sequens, Eiusdem SERENISSIMI. ERNESTI. ELECTORIS. SAXONIAE *sapientiam auctoritatemque* extollet *Orat. Teutonica.*

Handwritten text: *Hand*
MF 1725. 40

Handwritten text: *1078*

ULB Halle 3
006 753 418


Handwritten text: *10. 1.*





DE. SVMMIS
 SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE.
 IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM.
 MERITIS
 PROGRAMMA VII.

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
 DOMINI
FRIDERICI. III
 DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET WESTPHALIAE

AE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS.
 COMITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE
 AE. RAVENSTEINII. ET. TONNAE

S. AC. DOMINI. NOSTRI
 GE. CLEMENTISSIMI

PATRIAE. OPTIMI

D. VII. KAL. MAII. c^b l^s CCLV

SSIMO. SIDERE. REVERSO

AVSPICATISSIMO
 DICATVM

EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI
 AMPLISSIMI

VE. VRBIS. HVIVS. PROCERES

CENATES. MAXIMI

NASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI

ES. REI. LITTERARIAE. FAVTORES
 O. O. HONORATISSIMI

AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. IV

LL. FRIDERICIANI AVDITORIO

QVINGVE
 QVINGVE. ORNATISSIMOS. IVVENES
 LECTI. ORDINIS. CIVES

PUBLICAE
M. ET. PRINCEPTEM

VIETATIS. INTERPRETES

S. GRATIA. AC. BENEVOLENTIA

AVDIRE. VELINT

AC. DECENTER. INVITANTVR

A
GOTTFRIDO. MOERLINO

ICIANI GYMNASII DIRECTORE
 NENS. SOCIET. COLL. HONORAR.

ALTENBVRGI
 PAVLI. ENANVELIS. RICHTERI

4 22.

